Ioannes Casimirus Dei gratia Rex Poloniæ Magnus Dux Lituaniæ Russiæ Prussiæ Mazouiæ Samogitiæ Liuon. Smolen. Czernichouiæq. Necnon Suecor. Gottor. Vandalorumq. Hæreditarius REX

Significamus pntibus lris nris quorum interest uniuersis et singulis. Exhibitas nobis esse literas papyreas manu Serenmæ Ludouicæ Mariæ Coniugis nostræ Charissimæ subscriptas sigilloq. eius munitas Donationem certæ Areæ in villa nra Viazdow Nli Ioanni Dumanski ex rationibus iustis consi: derationis concessam in se continen. Quarum literarum tenor de verbo ad verbum sequitur talis. Ludouica Maria Dei gratia Regina Poloniæ et Sueciæ &c. Magna Dux Lituaniæ Russiæ Prussiæ. Nata Princeps Mantuæ Montis Ferrati Niuerniæ Dux Opoliæ et Ratiboriæ. Significa: mus pntibus lris nris quorum interest vniuersis et singulis. Cum id maxime euenire optemus vt antiquæ locationes in omnibus Tenutis Nris vide: licet Oppidis et villis dispositioni Nræ subiectis Colonis et Possessoribus suis gaudere possint quod et in villa Nra Viazdow prope Ciuitatem Varsouiensem existen. ob certos infelices Reipublicæ casus multam desolationem Subditorum haben. libenter videre cupimus vt area desolatæ habitatoribus suis adimpleri possint. Proinde Nobili Stanislao Dumanski Seruitori Aulæ Nostræ bene de nobis merito hoc in passu nobis supplicanti fundum desertum seu aream authorum Biskupek nuncupati ex vna parte ædificij sui et altera parte fundi deserti Szafarek nuncupati iacentem iure perpetuæ Donationis dandum et conferendum esse duximus vti quidem damus et conferimus pntibus lris nris. Ronê cuius sui Iuris hæreditarij quolibet Anno pro Festo Sancti Martini Epi et Confessoris medium taleri Imperialis videlicet Florenû et grossos quindecim Polon. ad Thesaurum Nrum inferre tenebitur. Quod omnibus pntim vero villæ eiusdem Oeconomo moderno et in posterum cuilibet alteri ibidem existenti, Notum esse vo: lentes Mandamus vt supradictum Stanislaum Dumanski circa Ius suum ipsi a nobis benigne collatum integre et realiter conseruent et ab alijs conseruari curent. In cuius rei fidem pntes manu Nra subscriptas sigillo Nro communiri iussimus. Dabantur Varsouiæ die decima quinta Men: sis Iunij Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo Nono. Ludouica Maria Regina. Vladislaus Rey Thesaurarius Curiæ Regni Sacr. Reginalis Mtis Cancellarij Noui Corcinen. Libussien. Capitaneus. Supplicatumq. nobis vt easdem aute Nra Regia approbare et confirmare dignaremur. Cui Supplicationi Nos benigne annuentes easdem literas in omnibus punctis clausulis et conditionibus de plenitudine Iuris nri Regij approbandas et confirman: das esse duximus vti quidem approbamus et confirmamus pntibus lris nris. In cuius rei fidem pntes Manu Nra subscriptas sigillo Regni Nri communiri iussimus. Datum Varsouiæ die XX.a Mensis Octobris Anno Dni MDCLX.o Regnorum Nrorum Poloniæ XII Sueciæ vero XIII Anno.

Ioannes Casimirus Rex

Confirmatio literarum Sacr. Rlis Mtis Donationem certæ Areæ in villa Viaz: dow consisten. Nobili Ioanni Duman: ski concessa in se continen.

Stephus Hankiewic
Secrs. Regs. Mtis

Actum in Castro Novae Civitatis Korczyn Feria Tertia in Vigilia Festi Assumptionis in Caelum Gloriosissimae V. M. Anno Domini 1 8 [illegible]

G. Martinus Domanski nomine et pro parte G. Stanislai Domanski Parentis sui obtulit Officio [illegible] Castrensi Korczynensi Approbationem Literarum Confirmationis [illegible] introcontentam, Petens eandem Approbationem Literarum Confirmationis a se offerente suscipi et in Acta Officii eiusdem inscribere mandari. Cuius affectioni Officium hocce annuendo praedictam approbationem ab eo offerente suscepit et in Acta sua inscribere mandavit de Tenore eius approbationis introcontento

R.º Anno
1659 Varsaviae 20 Mensis Octobris
Confirmatio Literarum pro certo in [illegible]
Fundo Dumanski servientium.

1659 20 8

P. Dumanski.

N.º 84